Philosophia 370.

Fabri Jacobi Stapulensis: Utilissima introductio in libros de anima Aristotelis. Crac. Joan. Haller. 1522.

Biblioteka Jagiellońska.

I. C. 61.

I. L. 61.




4160

CIMELIA

# Utiliſſima in-
# TRODVCTIO IACOBI STAPV
lenſis. In libros de anima Ariſtote-
lis, adiectis: quæ eam declarant,
breuiuſculis Iudoci Clichto-
uei Neoportuẽſis ſcholijs,

¶ Addite ſunt prętera duæ figurę, quę
colorū & ſaporū mutuā habētes reſpon
dentiā diſpoſitiones, ac animaliū quorū
dam diuiſionē indicant :.

Stapulenſis in libros de Anima

Videte homines mendaciorum
maximum congestum asyllum

☞ HENRICVS Stromer Aurbachenſis Lectori, Salutem,

¶ Quam bene nobiſcum actum eſt candidiſſime lector ꝙ nati hac tēpeſtati ſumus, qua optimus maximus deus mortalibus largitus eſt viros philoſophię deditiſſimos, qui eā vitę ducem, virtutis indagatricem naturaliumq; rerum diligentiſſimam exploratricem a barbarie, qua compluſculos annos obruta fuit. ſuo emūcto, elimatoq; & terſiſſimo ſcribendi ſtilo vindicant. E quorū numero eſt Iacobus Fabri Stapulenſis vir diuino prædìtus ingenio, & in omni doctrinarum genere apicem adeptus. Ex cuius litteraria officina multijuge diſcipline opera quæ admodum auide a doctis leguntur manarunt. Ex quibus oppellum quod ꝙ eſt ſuccinctius eo eſt vtilius, perſtringens introductionem in libros de anima Areſtotelis chalcographo primē dum dedi huius viri ornandi nominis, & communis vtilitatis gratia. Qd & breuiuſculis Iodoci Neoportueñ. annotatiōib⁹ eſt explicatū. Nemo huius lectiōe nō melior vadet, quod quale ſit candide lector legendo offendes His bene vale,

IOTH: UNIV ELLONICAE



ANima eſt actus primus, ſubſtātialis, corꝑis natu-
ralis organici. in potētia vitā habētis. ¶ Vita eſt
vegetatiuæ potētiæ oꝑatio. Itē aīa eſt primū pri
cipiū. quo viuim⁹, ſentimus, mouemur, quoue intelligim⁹.
¶ Potētia vis eſt aīæ q̄ alicuius opis eſt effectiua. ¶ Poten
tia vegetādi eſt qua aīa nutrit, auget minuit, ſuūue ꝓdu-
cit ſimile. ¶ Potētia vegetādi vegetatiuū. ¶ Potētia ſentiē-
di, ꝟtus organica eſt q̄ ſenſibilia cognoſcim⁹. Quæ ſi in ex
teriore organo ſuā facit ſentiēdi oꝑationē ſentiēdi potētia
exterior nominat. Si ꝟo interiore, interior. Potētia ſentiē-
di ſenſitiuū. ¶ Potētia appetēdi, ꝟtus eſt aīæ qua cupim⁹
iraſcimur, volum⁹, aut quāq̄d ſimile facim⁹: ¶ Potētia ap-
petēdi, appetitiuū. ¶ Potētia mouēdi eſt, qua viuēs a ſe de
loco in locū tranſfert. Potētia mouēdi, motiuū. ¶ Potentia
intelligēdi eſt qua intelligim⁹ vt ſimplex apprehēdim⁹, cō
ponim⁹, diuidimus, ratiotinamur, ſpeculamur, deſultam⁹.
¶ Intellectus agēs eſt itellectionū efficiēs. ¶ Poſſibilis ꝟo
itellectiōes recipiēs. Potētia intelligēdi, intellectiuum.

In libris de anima quinq̧ potiſſimū determinant: que ſunt potētia: obiec-
tum: operatio: organum: gradus viuēdi: ad perfectam anime cognitionem
habendam multum conducentia. ¶ Potentia quidē in quinq̧ diducitur
ſpeties Potentiam vegetandi: ſentiendi: appetēdi: mouēdi et intelligendi.
¶ Potentia vegetandi in quattuor: potentiam alendi: augendi: minuēdi:
gn̄erādi. Sētiēdi potētia duplex eſt: ſcꝫ interior ⁊ exterior. ¶ Exterior ē
quintuplex: audiendi: videndi: odorandi: guſtandi: tangendi. Interior non
diuiditur: ſed per analogiam quinq̧ habet particulas quinq̧ exteriorib⁹
ſenſibus reſpōdentes. ¶ Appetendi potentia vt tā potentiā appetēdi ap-
petitu ſenſitiuo q̄ꝫ appetitu rationali comprehēdit: diuidit in tres ſpeties:
in potentiam cupiendi ⁊ iraſcendi que appetitū reſpiciunt ſenſitiuū: ⁊ po-
tentiam volendi: que appetitum ⁊ rationalem ita ſe habentē ad ſenſitiuū
appetitiuū vt intellectus ad ſenſū. Sub his cetere appetēdi potētie ⁊ ſe-
cundū alias aīe ſenſitiuas affectiōes ſumpte comprehenduntur: vt appe-
titus amādi odiendi ſperandi fidendi timēdi miſerādi. ¶ Potētia mouē-
di in quattuor diſtribuitur: progrediendi nandi ſerpēdi volandi. ſub qui⁹
bus cetere ſe mouendi potentie vt ſaltādi: ſe iactādi ⁊ volutādi cōtinent
¶ Potentia intelligēdi in ſex deducit ſpecies: in potentiā ſimplex appre-
hendēdi: cōponendi: diuidendi: ratiotinādi: cōtemplādi: conſultandi. Pre-
terea intellectus in duas partes diuiditur: ſcꝫ in intellectū agentem: ⁊ in-
tellectum poſſibilem. ¶ Secūdo loco Obiectū in quinq̧ diuiditur ſpeci-
es: quinq̧ potentijs ordine reſpōdentes. ſcꝫ in alimentum reſpōdens potē

tie vegetandi:ſenſibile potētie ſentiendi:appetibile appetēdi:locus potētie ſe mouendi: ⁊ intelligibile intelligendi. Senſibile bifariam diuiditur Primo in ſenſibile ꝑ ſe ⁊ in ſenſibile ꝑ accn̄s. ¶ Scd̓o in ſenſibile cōmune ⁊ ſenſibile propriū ¶ Operatio cōſimiliter vt potētia in quinq̄ generales ſpecies. primū diuiditur in vegetationē:ſenſationē:appetitionē.motionem:⁊ intellectionē. ¶ Uegetatio in alitionem: auctionem:diminutionē. ⁊ generationē. ¶ Senſatio in ſenſationē exteriorem:auditionē:viſionē olfactionē:guſtationē:tactionem:⁊ ſenſationē interiorem:que phantaſia dicitur ſiue imaginatio. ¶ Appetitio diuiditur in cupiditatē:irā ⁊ voluntatem vt operationum ⁊ non potentiarum ſunt nomina.ſub quibus amatio:commiſeratio:ſperatio:formidatio:confidentia continentur. ¶ Motio in progreſſionem diuiditur:nationem ſerptionem ⁊ volationem. ¶ Intellectio in ſex ꝑticulas diſſecat̄:ſimplicem apprehenſionē:compoſitionē diuiſionē: ratiotinationem contemplationem ⁊ conſultationem. ¶ Organum non diuiditur in partes.nam per totū corpus diffuſum eſt:cū vnaqueq̄ pars corporis apta ſit in qua anime potētia ſaltē aliquas ſuas faciat oꝑatiōes: Porro alique potentie ſuas oꝑationes in tot exercent corpore quod ſibi habent pro organo.vt potentia nutriendi:augendi:minuendi tangendi. Alie vero certa ſibi determinant organa:vt potentia audiēdi aures: videndi oculos odorādi nares:guſtandi linguā. Ita ⁊ potentia appetēdi ſenſitiua. Mouēdi aūt vis ⁊ facultas toto corpore vt organo vtitur. Nā licet determinata habeat inſtrumenta ad exercēdas operationes: ea tn̄ ſua nō ſunt organa immo totū corpus. Potētia volendi ⁊ intelligēdi non egent organo corporeo quod ſuas operatiōes ſuſcipiat. ¶ Gradus viuendi ſunt quattuor. Prim⁹ vegetans ſolū vt plante. Secundus vegetans ⁊ ſentiens ſolum vt animalia terre affixa. Tertius vegetās ſentiens ſe mouēs vt equus. Quartus vegetans ſentiēs ſe mouens ⁊ intelligens vt homo. ¶ Deinde que in dicta ꝑtitione collocata ſunt ordine eodē ſeruato diffiniēda ſuſcipiunt̄: Et inprimis anima bifariam diffinit̄. Primo ꝙ ſit actus primus ſubſtātialis:corporis naturalis organici inpotētia vitā habētis. Et primū aīa actus prim⁹ dicitur.i.principalis ſiue precipuus:ad excludendos actus ſecundos ⁊ inſtrumētales:cuiuſmodi ſunt calor naturalis ⁊ cetera anime ad operandū inſtrumenta. Adiectū eſt ſb̄ſtantialis. qd̓ ſecludat̄ actus primus accn̄tal; ⁊ inter accidētales actus primatū ⁊ primū locū tenēs:vt habit⁹ ſciētia: cuius actus ſcd̓s eſt cōſideratio ⁊ actualis oꝑatio que ſiue primo actu eſſe nō poteſt. vt neq̄ albedinis viſio ſine albedine ⁊ lumine: Primus tamen act⁹ vt ſcientia ſine ſecundo eſſe poteſt ⁊ eſt in dormiente: vt albedo vere eſt ꝙuis non videatur ſed ſit in tenebris. Eſt ergo ſcientia ſine operatione vt albedo in obſcuritate. cum operatione vero vt albedo in lumīe conſpicua. Deinceps ſubiunctum eſt animam eſſe actum corporis naturalis id eſt re naturalis ex materia ⁊ forma phyſica conſtantis. ad ſecludendā animā mūdi ⁊ corporum celeſtium quam aſtuere nōnulli conati ſunt. Deinde additū eſt organici. id eſt habentis organa ad proprias operatiōes exercēdas. quo elemēta mixta imperfecta ⁊ mineralia ceteraq̄ inanimata excludunt̄: organorū opificijs ad propria exequenda opera deſtituta. Deniq̄ ſubnectit̄

in potentia vitam habētis. hoc eſt in materia ſubſtātiali vt ſubiecto vege-
tationē exercētis qm̄ hec ꝑma eſt corpoꝝ animatoꝝ opatio per ꝙ animatū
ab inaniato diſcernim⁹. ⁊ cōmuniſſima vt que oībus animatis ⁊ toto dura-
tiōis eoꝝ curriculo cōueniat. Uita aūt in dicta anīe diffinitiōe eſt potētie
vegetatīe opatio ſcʒ alitio q̄ cōmuniſſima eſt cū oīb⁹ et ſp ꝯueniat. aut aug-
mētatio q̄ in affirmatiōe eſt ⁊ ad pfectionē: aut dimiutio que eſt in negatōe
⁊ ad impfectionē: aut gn̄atio q̄ pfectiſſima eſt vt poſtmodū philoſo. oñdet.
¶ Scd̄o diffinit̄ anima ꝙ eſt primū principiū quo viuimus ſentim⁹ moue
mur quoue intelligim⁹. In q̄ ⁊ ceteris cōſimiliter datis intelligantur v̄ba
a nūero ⁊ pſona abſolui: ⁊ transferant̄ in tertiā pſonā ſingularē ꝓ clariore
intelligētia ſic Ania eſt principiū primū q̄ quicq̄ viuit ſentit mouetur aut
intelligit. Dicit̄ q̄dē anima primū principiū ſubſtātiale ⁊ efficiens q̄ttuor
p̄cipuas opatiōes ſcd̄m quas diſtinguūtur grad⁹ viuendi. Nā pticula quo
viuim⁹ innuit g̃dū viuēdi vegetantiū q̄ ſentim⁹ ſentientiū. q̄ mouemur. ſe
mouētiū q̄ intelligim⁹ intelligentiū. Neqʒ additū eſt q̄ appetimus. Nā ap-
petendi potētia nō efficit gradū viuēdi diſtinctū. cū ſp potentie ſentiendi
annexa ſit ⁊ omino ĳſdē ambe conueniāt. Nā q̄cquid ſentit appetit ⁊ q̄cq̄d
appetit ſentit. Uiuēdi aūt gradus ſcd̄m eam ſola potentiā ſumit̄: que a ce-
teris ſeperant̄. Proinde ⁊ viuēdi gradib⁹ ⁊ in hac diffinitiōe appetēdi vis
ſub ea que eſt ſentiēdi ei ſemp annexa cōprehendit̄ ⁊ cōtinet̄. ¶ Deinde de
ſcribit̄ potētia eſſe vis et v̄tus anime: p quā q̄dē vim anima alicui⁹ operis
viuētis eſt effectiua. Quinimo aīa ⁊ potentia aut vegetatiua aut queuis
alia idē ſunt re ipſa: vt hō ⁊ pictor: ſed ratiōe diuerſa. Nā aīa dicit̄ ꝙ cū
materia rē naturalē animatā cōſtituat: q̄re ratio eius ſubſtātie eſt. Vegeta
tiua aūt ꝙ nata ſit vegetationē efficere. ⁊ ſenſitiua ꝙ nata efficere ſenſatio-
nem. appetiua ꝙ appetitionē. motiua q̄a motionē. ⁊ intellectiua q̄a intelle
ctionē. ꝓinde atqʒ hō ſubſtantiā nominat: pictor vero pingēdi artē ſcriptor
ſcribēdi. cytharedus cytharā pulſandi. ⁊ grāmaticus latine loquēdi. Idē
tn̄ hō ſecundū diuerſas rationes eſt pictor ſcriptor cythared⁹ et gramma-
ticus At ſicut iſtorū habituū opationes re ipſa differūt. ita ⁊ dictaꝝ potēti
arū. Quare cū primū anima adeſt materie rei animate ſimul oēs potentie
nate eidē animato cōuenire eidē aſſunt. Ut cū primū aīa plāte adeſt ma-
terie ꝓtinus ineſt potētia vegetādi. vt nutriēdi augēdi minuēdi ⁊ generā-
di ꝙuis nō cuiuſlibet potentiarū exerceat cōtinuo operationē. Nō eīm opor
tet cū primū adeſt potētia eā illico in materia opari. ſed tēpus a natura ad
opationē faciendā determinatū expectandū eſt. queādmodū nō oportet ſi
aſſit habitus fieri ſcd̄m illū habitū operationē. Sic cū primū in materia
ſuſcipit̄ aīa animalis terre affixi ei adeſt vegetādi ſentiēdi ⁊ appetēdi po-
tentia: ſcd̄m q̄s operaret̄ cū tp̄us a natura determinatū operādi aduenerit
Et cum in materia ſuſcipitur anima equi: ſimul adeſt potētia vegetādi ſen
tiendi appetēdi ⁊ mouēdi: que ſucceſſione quadā ⁊ ſtato tempe ſuas exer-
cēt operatiōes. Deniqʒ cū in materia ſuſcipit̄ anima hominis: ſimul in eadē
eſt potentia vegetandi ſentiendi appetēdi mouendi intelligendi. quarum
alique prius exeunt in opus. vt primo omniū vegetatīa: deinde ſenſitiua ⁊
appetitiua. tertio motiua: et poſtremo intellectiua. Propter ꝙ executiōis

operũ diuerſitatẽ ⁊ tẽpus variũ:nõ debet poni in fetu hũano p̄mo eſſe po
tẽtia vegetatiua ſine ceterꝫ:⁊ deinde vegetatiua ⁊ ſenſitiua cũ appetitiua ſi
ne motiua ⁊ ĩtellectiua. Deinde vegetatiua ſenſitiua. appetitiua.motiua ſi
ne ĩtellectiua. Et vltĩo ĩtellectiua :ꝓinde atqꝫ ſi q̇s ſcribat tm̃ ⁊ nõ pingat
nõ exiſtimãdus eſt ſolũ eſſe ſcriptor. Et ſi ignis forma ſolũ calefaciat ⁊ ſur
ſum nõ moueat iccirco nõ eſt putandũ v̇tutẽ ſurſũ motiuã ei deeſſe. ¶ De
inceps in diffinitiõe potẽtie vegetãdi q̃ttuor ſub diſiũctiõe poſite ꝑticule
q̃ttuor potẽtie vegetãdi ſpẽs deſignãt.earũqꝫ diffinitiões . Eſt em̃ potẽtia
alẽdi potẽtia vegetãdi q̃ aĩa nutrit augẽdi q̃ auget.minuẽdi.q̃ minuit.gñerãdi
q̃ ſuũ ꝓducit ſimile. Sed facile eſt ex diffinitiõe gñerali ꝑticulares diffiniti
ones deducere. Potẽtie aũt vegetãdi ⁊ vegetatiuũ idẽ ſũt. ¶ Potẽtia ſẽti
endi dicit̃ v̇tus organica q̃ ſenſibilia cognoſcũt̃:vt potẽtia audiẽdi q̃ audi-
bilia.vidẽdi qua viſibilia.odorãdi q̃ odorabilia.guſtãdi qua guſtabilia.⁊ tã
gendi qua tãgibilia . Uirtꝰ aũt organica ea eſt q̃ ad exercẽdas ſuas oꝑatio
nes indiget organo corporeo.vt potẽtia vidẽdi ĩdiget oculo.⁊ audiẽdi aure
Nõ organica v̇o potẽtia ea eſt que(vt ſuas exequat̃ oꝑatiões)nõ ĩdiget or-
gano corporeo neqꝫ in eo ſuas ꝑagit functiões.q̃lis eſt v̇tus volendi ⁊ intel
ligẽdi. ¶ Potẽtia ſentiẽdi exterior eſt potẽtia ſentiẽdi que in iteriore orga
no ſuã facit ſentiẽdi oꝑationẽ. Organũ exteriꝰ eſt qđ viſui nr̃o ꝓuium eſt ⁊
patẽs:vt oculꝰ:auris:naris.lingua.manꝰ. Sic potẽtia audiẽdi exterior eſt
que in organo audiẽdi exteriori ſcꝫ aure ſuã facit audiẽdi oꝑationem . ⁊ ita
de ceterꝫ. ¶ Potẽtia ſentiendi iterior eſt que in interiori organo ſuã facit
ſentiẽdi oꝑationẽ. Organũ interiꝰ eſt organũ intraneũ corpori ⁊ nr̃is oc̃lis
imperuiũ.qđ rerꝫ exteriori ſenſu ꝑceptarꝫ imagines retinet et ſuat:tanq̃ re-
poſitoriũ quoddã ⁊ recõditoriũ:ꝓinde atqꝫ in ſpeculo intelligant̃ due ꝑtes
imaginũ ſuſceptiue:vna q̇dẽ extrema ⁊ aeri circũdanti ꝓxima.in q̃ rei p̃ſen
tis ſpeculo p̃ria p̃ſentaret̃ imago. Scđa vero penitior ⁊ interior ſeruans et
retinẽs imagines ꝑmo parte ſuſceptas. ⁊ nullas intra ſe imagines ſuſcipi-
ens niſi priꝰ in exteriori ꝑte receptas illa exterior ſpeculi pars eſt vt ſenſꝰ
exterior.interior ⁊ magis ĩtrorſum deliteſcẽs vt ſenſus interior. Sic potẽ-
tia vidẽdi exterior ⁊ audiẽdi ꝑ analogiã diffiniant̃. Potẽtia aũt ſentiẽdi et
ſenſitiuũ idẽ ſunt. ¶ Potẽtia appetẽdi v̇tus eſt aĩe q̃ aĩa cupit.iraſcitur.
vult.aut q̇cq̃ ſimile facit.vt amat.odit.tĩet.ſperat.cõfidit. Ex q̃ diffinitiõe
haud difficile eſt q̇d cupiẽdi potẽtia.q̇d iraſcẽdi et q̇d volẽdi cognoſcere.
Potẽtia aũt appetẽdi.appetitiuũ.⁊ potẽtia appetitiua ꝓrſus idẽ ſũt. ¶ Po
tẽtia mouẽdi eſt qua viuẽs a ſe de loco in locũ mouet̃ Aĩal q̇dẽ a ſe mouet̃
cũ nullo extrinſeco adueniẽte põt incipere motũ:⁊ inceptũ citra terminũ
nulli itidẽ extrinſeco adueniẽte dimittere . Sic potẽtia ꝓgrediẽdi eſt qua
aĩal ſe a loco in locũ ꝓgrediẽdo traducit̃. ⁊ ita de ceteris potẽtie mouẽdi
ſpeciebꝰ. Potẽtia aũt mouẽdi:motiuũ ⁊ potẽtia motiua idẽ ſunt . Potẽtia
intelligẽdi eſt q̃ hõ intelligit. Sic potẽtia app̄hendẽdi ſimplex eſt intelligẽ
di potẽtia:q̃ aĩa ſimplex app̄hẽdit. Potẽtia cõponẽdi eſt potẽtia ĩtelligẽ-
di qua anima componit et ita de ceteris per analogiam potentia intelligẽ
di idẽ eſt qđ intellectiuũ ſiue potentia intellectiua. ¶ Intellectꝰ agens eſt
actus ſubſtãtialis ip̄ius intellectus. efficiẽs intellectiõis ⁊ ſingulas intel-

lectus opationes. ¶ Intellectus aũt poſſibilis eſt potẽtia ſubſtãtialis ipſius intellect⁹ ſuſcipiẽs intellectiões. Ut eñ res naturalis ex forma ſbſtantiali cõponit̃ trãſmutationũ effectiua ⁊ ex materia trãſmutationũ ſuſceptiua: que inter ſe re ipſa differũt. Rurſum vt oculus ex forma oculi efficientem viſionẽ: ⁊ materia eiuſdẽ ſuſcipiẽte viſionẽ cõſtat. ita ⁊ intellect⁹ ex duabus ſbſtantialib⁹ ꝑtibus cõpoſit⁹ eſt: ſcʒ ex actu ſubſtãtiali efficiẽte ꝓprias itellectus opationes ⁊ nõ ſuſcipiẽte: q̃ hic dicit̃ intellect⁹ agẽs. ⁊ ex potentia ſubſtãtiali analoga materie ſuſcipiẽte in ſe itellect⁹ opationes ⁊ non efficiente: qui hic dicit̃ intellect⁹ poſſibilis: vt terti⁹ de aĩa clari⁹ oſtẽdet.

¶ Obiectum eſt circa quod (vt ſuam faciat operationem) animæ potentia negociatur, quodq; ei preſentatur atq; obicietur, & Alimentũ eſt quo vegetandi virtus alit, ſuaq; reliqua exercet officia. ¶ Senſibile eſt quod eſt ſenſu perceptibile. Quod ſi ſuã in ſenſu imprimit ſpetiẽ, ſenſibile per ſe exiſtit. Sin minus, ſed alterins rei ſpecie, priuatiõe dijudicatur, per accidẽs dicit̃. ¶ Senſibile cõmune eſt q̃ plurib⁹ exteriorib⁹ ſenſibus ꝑcipitur, vt nũerus, magnitudo, tẽpus, figura, motus & quies. ¶ Sẽſibile ꝓpriũ eſt quod ab vno dũtaxat exteriore ſenſu percipit̃, vt hæc, ſonus, color odor, ſapor, caliditas, frigitas, humiditas, ſiccitas. ¶ Sonus eſt ſenſibile ꝓpriũ ab auditu per ſe ꝑceptibile. Color, a viſu: Odor ab olfactu. Sapor, a guſtu. Caliditas, frigiditas, hũiditas & ſiccitas a tactu. ¶ Appetibile eſt qđ appetẽdi ꝟtus cõcupiſcit, cui iraſcit̃, aut qđ vult. ¶ Locus qđ ſit ſatis cognitũ eſt cui⁹ heæ ſunt differẽtiæ, ſurſũ deorſũ, ante, poſt, dextrũ, & ſiniſtrũ. ¶ Intelligibile eſt eſt qcqd intellectu capit̃, & circa qđ ſuã exercet opationẽ. ¶ Opatio eſt cuiuſq; potẽtiæ ipi⁹ anie officiũ atq; ꝑfunctio. ¶ Vegetatio eſt potẽtiæ vegetatiuæ opatio. Alitio eſt alimẽti in ſubſtãtiã eius qđ alitur, cõuerſio, Auctio eſt ſuſcepto alimẽto maioris molis acqſitio. ¶ Diminutio eſt viuentis, ob reparande fluxe ſubſtantiæ defectum, molis minoratio. ¶ Generatio eſt ex viuentis ſemine alterius ſimilis productio. ¶ Senſatio eſt in ſenſu obiecti ſenſibilis deprehenſio. Que ſi in interiore fiat organo, interior phantaſia & imaginatio nominatur. Si in exteriore, exterior. Si in auditu, auditio. In viſu, viſio. In olfactu, odoratio. In guſtu guſtatio & in tactu, tactio.

Obiectū eſt circa qđ anīe potētia verſat᷑ vt ſuā faciet operationē ⁊ qđ ipſi
potētie anime p̄ſentat᷑ ac offertur: vt color eſt obiectū: q̇a circa ipſum vidē
di potentia verſat: ⁊ ipſe color viſui obĳcit᷑. Sic circa ſonū: audiēdi verſa
tur potētia: et circa odorē: odorādi. ¶ Alimentū eſt obiectū quo vegetādi
v̇tus nutrit ⁊ reliquas ſibi ꝓprias facit opatiōes: ſcꝫ auget minuit ⁊ gene-
rat. Nēpe ſi deſit alimentū: neqꝫ nutritio fieri pōt neqꝫ auctio neqꝫ diminu-
tio neqꝫ generatio: cū ex alimēto vegetās ſemē ſuū ꝓducat quo alteꝝ ſimile
ſpecie ꝓcreet. ¶ Sēſibile eſt obiectū a ſenſu ꝑceptibile. ¶ Senſibile ꝑ ſe
eſt quo ſuā in ſenſu ſentiēdiqꝫ organo imprimit ſpeciē: vt color in viſu ſuam
ꝓducit ſpeciē: ⁊ ſonus in auditu. ſic odor in olfactu: ⁊ ſapor in guſtu ſuā ſi-
militudinē imprimit: ⁊ ita de tactu ¶ Sēſibilis ꝑ accn̄s eſt qđ ſuā: in ſen-
ſu ſpeciē nō imprimit: ſed vel alteri⁹ rei ſcꝫ ſenſibilis ꝑ ſe ſpetie diſcernitur
vt nix ꝑcipit᷑ ſpecie ſue albedinis Cāpana per ſonū ſuum Flos ꝑ odorē Po-
mum per ſaporē Aqua per caliditatē aut frigiditatē. Et hoc mō ſubſtātie
quibus aſſunt qualitates in ſe ſenſibiles: ſunt ſenſibiles ꝑ accidēs. Cū etiā
q̄litas ꝑ ſe ſenſibilis nō ſuo ſenſu ſed altero diſcernit᷑: ⁊ alteri⁹ ſenſibilis ſpe
cie. vt dulcedo ꝑ viſum. q̇a ꝑcepta eſt eſſe coniūcta albedinē ꝑ accn̄s ꝑcipit᷑
per hāc primā particulā diffinitiōis. Neqꝫ incōueniēs eſt candē q̄litatē per
ſe eſſe ꝑceptibilē et per accn̄s gratia diuerſoꝝ. Scđo Senſibile per accn̄s
priuatiōe ſenſibilis ꝑ ſe diſcernit᷑. vt tenebre nullā in ſenſu ſpeciē imprimūt
ſed ſola luminis priuatiōe dinoſcunt᷑. ⁊ ſilentiū priuatiōe ſoni. ſic odoratio
priuatiōe odoris. ⁊ inſipiditas priuatiōe ſaporis. Et per hāc ſcđam diffini
tiōis partē ſenſibiliū ꝑ ſe priuatiōes ſunt ſenſibilia per accn̄s. ¶ Sēſibile
cōmune eſt qđ pluribus exterioribus ſenſibus ꝑcipi natum eſt. vt nūerus
nūeratus viſu ⁊ tactu. q̇bus itidē ſenſibus magnitudo rerū ꝑcipitur ⁊ mo-
tus figura ⁊ quies. Tempus autē modo viſu modo auditu horologĳ ꝑ ac-
cidens tamē diiudicat᷑. Et ſenſibilium cōmunium quoddam eſt per ſe qđ
ſuam in ſenſu imprimit ſpeciem. vt magnitudo motus figura. quoddā vero
per accidens vt flos viſu percipit᷑ gratia coloris. odoratu gratia odoris et
tactu per ſuā qualitatem tangibilem. ¶ Senſibile proprium: eſt quod ab
vno tantum exteriore ſenſu percipi natum eſt. vt ſonus tm̄ ab auditu et co-
lor a viſu. Et adiectū eſt exteriore: quia non repugnat ratiōi ſenſibilis pro
prĳ q̄ duobus percipiat᷑ ſenſibus vno quidē exteriore altero interiore: imo
om̄e ſenſibile ꝓpriū huiuſmōi duob⁹ ſenſibus ſibi reſpōdentib⁹ eſt ꝑcepti-
bile. Et ſenſibiliū ꝓprioꝝ quoddā eſt per ſe: vt quinqꝫ exteriorum ſenſuum
obiecta: que ſic ordine diffiniunt᷑. Sonus eſt ſenſibile ꝓprium ab auditu ꝑ
ſe perceptibile. Color eſt ſenſibile proprium a viſu ꝑ ſe ꝑceptibile. Odor
eſt ſenſibile propriū ab odoratu ꝑ ſe ꝑceptibile. Sapor eſt ſenſibile ꝓpriū
a guſtu per ſe perceptibile. Qualitas tangibilis eſt ſenſibile ꝓpriū tactu ꝑ
ſe ꝑceptibile. Quoddā vero per accidens: vt tenebre ſolū viſu ⁊ per accn̄s
percipiunt᷑. ⁊ ſilentiū a ſolo auditu. ¶ Appetibile eſt quod appetendi vir-
tus cōcupiſcit. quo innuitur obiectū potentie concupiſcendi: quod eſt cō-
ueniēs aut apparēs tale: vt cibus appetibile eſt ⁊ potus: pecunia: dignita-
tes ¶ Cui iraſcit᷑ quo denotat᷑ obiectū potētie iraſcēdi: vt vulnerās aptū
eſt obiecta ire apro. ⁊ paruipendēs alterū: aut iniuria afficiens: eſt affecto

iniuria ire obiectum. ¶ Aut quod vult. quo innititur obiectum voluntatis: quod eſt bonū aut apparēs tale. Volūtas eīm ſuapte natura fert in bonū vt intellectꝰ in verū. Aliquando tn̄ puerſo ratiōis iudicio fert in apparēs bonū. tametſi bonū nō ſit. ¶ Quid vero ſit locus ex q̄rto phiſicoꝝ requirendū eſt. Cuius ſex ſunt differētie poſitionū ſurſum. deorſum. ante. poſt. dextrū ⁊ ſiniſtrū. ad q̄s ſine. vllo diſcrimīe animalia a ſe mouent̄ indifferēter. quo is motꝰ differt a motu ſecundum locū ab elemētari ḡuitate aut leuitate facto q̇ ſane ad determinatā eſt loci differentiā vt ad oppoſitā nō niſi vi ferat. ¶ Demū intelligibile eſt q̇cq̇d ab intellectu ꝑcipi natū eſt ſiue ſbſtātia. ſiue accn̄s ſiue ſinglare ſiue vl'e ſiue ſenſibl'e ſiue iſenſibl'e ſiue mortale ſiue īmortale. Oīa eīm itellectꝰ captu ac notiōe ꝑcipi poſſunt eſtq̄ꝫ reꝝ oīm ſpeculū. ⁊ oculus oīa videns tā ſenſibilia ꝙ celeſtia. cuiꝰ colores ſunt quecumqꝫ toto mūdi ambitu cōtinent̄. immo ipſa ſupra mundana entia vt optimꝰ rerū cōditor. qui ſe quoqꝫ noſtro intellectui cognoſcibilē ꝓ modulo noſtro fecit. ⁊ pios aīos in ſui rapit cōtemplationē. Perinde atqꝫ luciduſſimus ſol mortales oculos hominū ad ſe cōuertit. Intelligibile itidē eſt circa quod intellectus ſuā facit operationē. vt ſimplicis apprehēſionē. cōpoſitionem et reliquas ſibi peculiares functiōes. ¶ Deinceps diffinit̄ tertiū quod in hac introductione inter ea que ꝑ̄cipue determinant̄ tertio loco fuerat collocatū ſcꝫ operatio que eſt ꝓprium cuiuſqꝫ viuētis potentie officiū et opus. Vegetatio autē eſt vegetatiue potētie operatio. ¶ Alitio eſt cōuerſio ſuſcepti alimenti in eius q̇d alitur ſubſtantiā. Nēpe cū ſuſceptū fuerit alimentū forma cibi corrūpit̄ et in eius materia acq̇ritur forma nutriti. Ea igit̄ forme nutriti in materia cibi acq̇ſitio. nutritio ſiue alicio dicit̄. et cōiungit̄ ꝑticulari generatiōi ⁊ corruptioni. immo eſt ꝑticularis generatio: q̄ nō acquirit̄ ens actu et totū. ſed ſolū alterꝰ pars. ¶ Auctio ſiue augmētatio eſt poſt alimenti ſuſceptionē maioris in viuente molis acquiſitio. Siq̇dem in cibo ꝑ̄ter formā ſbſtātialem eſt magnitudo que cum fuerit coniuncta magnitudini corporis nutriti. tota magnitudo corpis nutriti ex preexiſtenti eius magnitudine et aduenience conſtans eſt maior ꝙ fuerit magnitudo viuentis preexiſtentis et ibi facta eſt augmentatio. ¶ Diminutio vero eſt minoratio molis viuentis ob defectum reparande ſubſtantie corporee prouenīens. Fluxa quidem ſubſtantia eſt rerum animatarum. quia continue effluit et dilabitur. Cum autem minus reparatur ꝙ deperditum fuerit. quod rebus ad interitum tendentibus contigit fit quantitatis minutio. ¶ Generatio autem in propoſito non a deo communiter ſumitur vt in libro de generatiōe: vbi diffinita eſt eſſe forme ſubſtantialis in materia acquiſito. ſed rationem habet magis ꝓpriam. Ad quam duo requiruntur. Primo ꝙ ſit productio viuentis ſimilis ſecūdum ſpeciem ipſi generanti: vt ex oliua producitur oliua: ex tritico triticum et non aliter. quare muli ex aſino et equa productio generatio non eſt: et ſi ex viuētis ſit ſemine quia mulus non eſt ſimilis ſecundum ſpetiem aſino aut eque. Secundo ꝙ huius modi productio ſit ex ſemine viuentis: quare alitio ſiue nutritio que ex alimento fit ſuſcepto non eſt generatio: Et propter vtriuſqꝫ rationis defectum ſcaturitio vermiū ex cadauere hominis: aut apū ex corpore bouis: et ceterorū que putrefactione naſcuntur nō eſt generatio. ¶ Sēſatio eſt in ſenſu: ſentiendi organo obiecti ſenſibilis ꝑceptio. Siquidem ſenſus hic nomen ſubſtantie eſt: compoſita ex forma efficiente ſenſationem: et materia eam ſuſcipiente: ſic

viſus ſubſtantiã totam nomĩat ex materia oculi et forma cõpoſitam vt viſionis
eſt ſuſceptiua:itã auditus. In ſenſu itaqꝫ vt ſubiectũ obiecto ſenſibile deprehẽ
ditur qñ ipius ſenſibilis ſpecies ⁊ ſimilitudo in organo ſenſitiuo recipit:vt co-
lor deprehendit in viſu qñ ſpecies coloris in oculo imprimit: ⁊ ſonus in auditu
quãdo ſoni ſpecies in auribꝰ recipit. ¶ Sẽſatio interior eſt ſenſatio que in inte
riori fit organo: vt dormiãtibus nobis coloris apparitio interior eſt viſio ⁊ ſoni
pceptio interior auditio:odoris deprehẽſio interior odoratio: ⁊ ſaporis guſtatio
Sẽſatio aũt interior phantaſia ⁊ imaginatio idẽ ſunt. vt phãtaſia nomẽ opatio-
nis eſt ⁊ nõ potẽtie. ¶ Sẽſatio exterior eſt ſẽſatio que fit in exteriori organo vt
pceptio coloris in oculo ſoni in aure. Auditio eſt in auditu ſoni pceptio. Viſio
eſt in viſu coloris dephenſio. Sic odoratio eſt in olfactu odoris pceptio. Guſta
tio eſt in guſtu saporis receptio. Tactꝰ vo in tactu qualitatis tãgibilꝫ ſuſceptio.

Appetitio eſt appetitiue virtutis operatio, ¶ Cupiditas eſt cõ-
uenientis, pulchri, boni, aut tale apparentis appetitus. ¶ Ap-
petitus appetitio, deſideriũ. ¶ Ira eſt efferuente ſanguine circa
cor vlciſcendi appetitus. Voluntas eſt cũ propoſito rei proſe-
quende aut fugiẽde appetitus. ¶ Motio eſt eius quod a ſe mo
uet de loco in locũ traductio. ¶ Progreſſio eſt que bñficio pe-
dum exercetur motiue virtutis operatio: ¶ Natatio, quæ na-
tandi apto inſtrumento. Serptio quæ ventre & volumine mo-
lis: ¶ Volatio, quæ alis. ¶ Intellectio eſt virtutis intellectiue
operatio. ¶ Simplicis apprehenſio eſt ſimplex rei conceptio.
¶ Compoſitio eſt mentis affirmatio. ¶ Diuiſio, negatio. ¶ Ra
tiotinatio eſt intellectus argumentatio. ¶ Speculatio eſt cir-
ca ea quæ aliter ſe habere non poſſunt mentis conſideratio.
¶ Conſultatio vero circa contingentia & ea quæ aliter ſe ha-
bere poſſunt. ¶ Organum eſt diſpoſita potentia in qua vis a-
nime ſuam facit operationem. ¶ Gradus viuendi intelligitur
cum viuens eam vim animæ participat quæ ab alijs ſeparatur,
ante qua ſeparare manent reliquæ, Vegetans eſt quod vege-
tandi obtinet potentiam. ¶ Sentiens, quod tãgendi. ¶ Se mo-
uens, quod de loco in locum ſe & a ſe agitandi. ¶ Intelligens
quod vim obtinet intelligendi.

¶ Appetitio diffinitur eſſe potentie appetẽdi operatio vt deſideratio cibi aut
potens. Cupiditas ſiue concupiſcentia eſt conuenientis aut quod app aret cõ-
ueniens appetitio:vt deſideratio cibi ab eſuriente:potus a ſitiente:que quidem
appetitiones ſunt ſpecie diuerſe:quia diuerſorum ſunt obiectorum. Modo vt
ſenſationes per obiecta differunt:vt que diuerſorum ſunt obiectorũ ſpicie diffe
rant ſpecie. Ita et appetitiones vt alia eſt appetitio pecunie:alia voluptatis et

alia bonoris. Quod autez huiuſmodi cibus et potus deſideratio ſit cupiditas
liquet: quia eſt appetitio conuenientis. Eſt enim cibus conueniẽs eſurienti ⁊
potus ſitienti. De eo quod apparet conueniens exemplū: vt appetitio volupta
tum corporaliū ab intemperante: et abūdantie pecuniarū ab auaro: et bonorum
cōſecutionis ab ambicioſo: ea em̄ cōuenientia nō ſunt: ſed apparent talia. Aut
cupiditas eſt pulchri aut quod apparet pulchrū appetitio. Sane pulchrum eſt
amoris obiectū. et ſicut verū ad intellectū: ita pulchrū ad amādi vim. vt appe-
titio pulchri equi a milite: et pulchri canis a venatore. ⁊ pulchri militis a rege
Etiā appetitio alicuius floris aut pomi quod videt̄ pulchrū et nō eſt. Pulchri
tudo quidem rerū corporeaꝝ fluxa et euanida infimū eſt ſumme pulchri veſtigi
um. Uirtutis aūt et doctrine pulchritudo animum exornās ꝓpinquius et ꝑfec-
tius: vt que nunq̄ emarceſcat q̇bus quidē pulchritudinibus animus pulcher-
rimo rerū auctori: et que ſuam per diuerſa rebus indita veſtigie inſinuauit pul
chritudinē: aſſimilari debet. Cum itaqꝫ volūtas propria ⁊ ſibi peculiari relicta
pulchritudine virtutis et doctrine heret et immorat̄ inferioribus pulchritudi-
nibus que ſunt appetitus ſenſitiui: degenerat et labit̄: vmbratilēqꝫ ꝑ vera pul-
chritudine amplectitur: tādemqꝫ contabeſcit more Narciſſi: que ſue imaginis
amore captus cum ea perfrui non poſſet contabuit et extinctus eſt. Aut cupidi
tas eſt boni aut tale apparentis appetitio: vt appetitio boni vtilis aut delecta-
bilis quale eſt deſiderium diuitiarum aut ſanitatis: ſimiliter appeticio delitia-
rum corporis: theſauri: magiſtratus immoderata et rationis metam tranſiliēs.
Nam hec bona non ſunt: ſed talia videntur. Siquidem bona vtilia et delecta-
bilia diuitie et opes ſunt remota admoduz ſumme boni veſtigia: vt que caduca
et ad horam labentia ſunt. Bona vero honeſta propinquiora ſunt et voluntati
peculiaria: quibus ſumme bono et optimo rerum parenti fit conformis. Cum
itaqꝫ voluntas illis neglectis heret bonis momentaneis appetitui ſenſitiuo re-
ſpondentibus: degenerat et a proprie ſortis conditione labitur: et cum auide
ea vult amplecti fugatia et nimium tranſeuntia deperdit non modo illa ſed et
vera bona: quemadmodum canis: vt fabulatur Eſopus: fruſtum carnis ore ge-
ſtans: et illius vmbre in aqua conſpecte ſpecie deceptus: dū aperto rictu oris
vmbram: vt que maior appareret: rapere vellet. et vmbratilem illam ſpeciem ⁊
veram quam tenebat carnem ore elapſum perdidit. ¶ Ira eſt ob ſanguis circa
cor efferuetiā et commotionem vindicte appetitus: Cum enim quiſqꝫ leditur ⁊
paruipenditur: ex leſione aut apparenti paruipenſione: ſanguis circa cor com-
mouetur: et concipitur deſiderium vindicandi illatam iniuriam: quod dicitur
ira. ¶ Uoluntas ſiue volitio eſt cum propoſito ratione et electione apetitio
rei proſequende vel alicuius boni conſequendi: vt agricola vult largam meſ-
ſem: et vinitor multum vini ex vindemia. Uel eſt appetitio alicuius rei fugi-
ende: vt ſanus cum propoſito et intentione vult fugere egritudinem: et vir ſtu-
dioſus vicium. ¶ Motio eſt animalis a ſe de loco in locum mutatio. Et diffe-
runt eius ſpecies intra ſe per inſtrumenta quibus exercentur. Nam progreſ-
ſio fit pedibus: natatio pinnulis expanſis quibus piſces ſe mouent per aquam
quaſi quibuſdam remigijs et gubernaculis adiuti. Reptio fit ventre et reuo-
lutione molis corporee explicatione partis anterioris et complicatione poſte-
rioris. Nam impellunt priorem partem vermes et trahunt ad ſe poſteriorem.

Volatio autem fit alis. Et animalia que plures habent motus: etiam plura habent inſtrumenta: vt anſeres et cygni habent alas: pedes: ⁊ in pedibus pellem continuam coniungentem particulas pedis pro natandi inſtrumento. ¶ Intellectio eſt potentie intelligendi operatio: ſcilicet aut ſimplicis apprehenſio: compoſitio: aut diuiſio: et ita de ceteris. ¶ Simplicis apprehenſio eſt ſimplex rei conceptio. Tūc aūt rei cōceptio ſimplex eſt: quādo ſecundū vnius ſolū p̄dicamēti rationē eſt abſtracta mentis cognitio: vt ſolius ſubſtātie apprehēſio abſtracta a ceterorum p̄dicamentorū notiōibus: ⁊ ſolius magnitudinis a ceteris abſtracta notio: Nempe ſenſus rep̄ſentationē habet cōcretā ⁊ coniūctam ex omniū p̄dicamentorum ratiōibus: Apprehēdit eñ ſubſtantiā vt ſortem quantitatem vt eius molem bicubitā: ad aliq̄d vt diſtantiā aut ꝓpinquitatē q̄litatem vt albedinem. actionē vt ꝙ aliq̄d moueat: paſſionem vt eius de loco in locū tranſlationē. qñ vt tempus hodiernū: vbi vt deorſum quo ſortes cōtinet: ſitū vt ſtationem erectionemꝫ ſortis: et habitū vt tunicam. Eſt igit̄ hec ſenſus cognitio cōcreta ex decē p̄dicamentorum rationibꝰ: et eā ſenſus offert intellectui. q̄re prima intellectꝰ cognitio et quā a ſenſu accipit cōpoſita eſt ⁊ cōcreta: inſtar imaginis in ſpeculo que ſortē rep̄ſentat: quantū: aliquo mō ad aliud ſe habentē. q̄lem: agentē: patientē: exiſtentem in tēpore. in loco: ſitū et habentē habitū. Deinde intellectus (vt q̄ ſuarum notionū ſit opifex ⁊ auctor) ſingulas decem rationū ſegregat: ⁊ vnāquemlibet ab alijs nouem abſtrahit: vt ſubſtantiā ab om̄ibus accidentibꝰ. et tunc eſt ſimplex ſubſtātie app̄henſio: quātitatem a ſubſtātia ⁊ ceteris ſeꝑat: nō q̄dem re ipſa ſed ratiōe. Nam quātitatem ſolā intelligit: nō ſimul alia q̄bus ſecundū rem coniuncta eſt magnitudo intelligendo: ⁊ illa eſt ſimplex quātitatis apprehēſio. Deinde rationem ad aliq̄d ſeponit ab alio cū ratiōibus et tūc ad aliq̄d ſimpliciter apprehendit. Sic et quātitatem ſeiūgit ſm rationem ab alijs: et tūc eſt ſimplex q̄litatꝫ apprehēſio: ꝓinde atꝫ ſpeculū itelligas q̄ ſolā rep̄ſentat: ſbſtātiā alterū q̄ ſolam q̄titatem: aliud q̄ ſolam qualitatem ſine ſubſtātia et magnitudine: illis imaginibꝰ abſtractis pſimilis eſt ſimplex intellectis notio. Et explicatur voce per abſtracta dicibiliū ſolā vnios p̄dicamenti rationē denotantia: vt linea: albedo: ſeſſio. ¶ Cōpoſitio eſt mentis affirmatio: hoc eſt in mente affirmatiua enumeratio Et explicatur per affirmatiuā vocalem: vt hō eſt animal. ¶ Diuiſio eſt mentis negatio: ſiue in mente que eſt negatiua enunciatio. Et explicatur per p̄poſitionē vocalem negatiuam: vt hō non eſt lapis. ¶ Ratiotinatio eſt que in mente eſt argumentatio ſiue ſyllogiſtica: ſiue enthimematica: ſiue inductiua: ſiue exemplaris: ⁊ explicatur per conſimilem argumentationē vocalē ¶ Speculatio eſt circa ea que neceſſaria ſunt mentis conſideratio. Ea que aliter ſe habere non poſſunt ſiue neceſſaria: ſunt neceſſarie propoſitiones et que non poſſūt eſſe falſe: quorum eternas veritates intellectus cōtemplatur in diſciplinis. Et alique ſunt de rebus corruptibilibus et que poſſunt non eſſe: vt philoſophia naturalis: et inferiores diſcipline. Alique vero de rebus eternis et neceſſarijs: vt metaphyſica: cuius iccirco digniſſima eſt contemplatio ꝙ ea et circa propoſitiones et circa res neceſſarias: perpetuas ingenitas et incorruptibiles verſetur ¶ Conſultatio eſt circa contingentia: et que aliter ſe habere poſſunt: hoc eſt circa propoſitiones contingentes et que poſſunt non eſſe falſe mentis conſideratio vt agricole conſultatio quomodo futura meſſis ſit copioſa. et vinitoris quomo-

do vinea ſit fecunda et exuberans vindemia. Et in conſultatione propoſitionẽs contingentes ſunt ſimul et res contingentes: vt ſunt operationes humane. ¶ Organum eſt potentia diſpoſita: hoc eſt materia debitis: qualitatibus contẽperata ad ſuſcipiendum operationes anime: in qua vt ſubiecto potentia anime ſuam facit operationem: vt materia oculi eſt potentia diſpoſita debitis contemperamentis in qua vis videndi facit viſionem: ita et materia auris eſt potentia diſpoſita aptis qualitatibus in qua vis anime auditiua ſuam facit operationẽ. Totum autem compoſitum ex materia et forma dicitur pars organica: tametſi ratione potentie: et tota pars interdum organum dicatur: vt oculus organũ viſus: et auris organum auditus. ¶ Gradus viuendi dupliciter ſumitur. Primo quando viuens aliquam anime habet potentiam que ab alijs poſterioribus ſeparatur: hoc eſt que in aliquo viuente ſine poſterioribus potẽtijs inuenitur: vt arbor participat vim vegetandi: que ab alijs vi ſentiendi mouendi: et intelligendi ſeparatur. Nempe arbor nec ſentit nec mouet ſe nec intelligit: igitur habet arbor gradum viuendi quia eſt vegetãs. Sic anĩal terre affixum participat vim ſentiendi: que ſeparatur a vi mouendi et intelligendi Huiuſmodi enim anĩal nec ſe mouet nec intelligit: quare habet gradũ mouendi qui dicitur ſentiẽs. Ita canis participat vim mouendi que ab alijs poſterioribus ſeparatur: ſcꝫ a vi intelligendi: quia canis non intelligit: quare habet gradum viuẽdi qui dicitur ſe mouens. Secundo ſumitur gradus viuendi quando viuens aliquam habet anime potentiam a qua relique priores manent ſeparate: id eſt ſine qua cetere priores in aliquo viuente inueniuntur: vt homo participat vim intelligendi ſine qua relique priores potentie vt vegetandi ſentiendi: mouendi in aliquo reperiuntur. Priores ſiquidem viuendi gradus ſine poſterioribus inueniuntur ac poſteriores ſine prioribus nequaq̃ reperias. Ergo ſecundo modo ſummendi gradũ viuendi qui per ſecundam innuitur diffinitionis particulam homo habet graduꝫ viuendi qui dicitur intelligens. De primo itaqꝫ viuendi gradu: vt arbor: quia vegetandi optinet potentiam. De ſecundo: vt concha terre affixa quia tangendi obtinet potentiam. Eſt enim tactus primus ſenſuum quo primũ cognoſcimus aliquid eſſe ſentiens. De tertio: vt canis nã ſe de loco in locum traducendi habet potẽtiam. Et quarto. vt homo non habet potentiam intelligendi. Et quodcũqꝫ viuens habet poſteriores viuendi gradus: habet et priores: non autem e diuerſo.

☞ Annotationum in introductionem librorum de Anima Finis.

# Formula ſerie certa

conplectens: eorum diuiſionem & quecumq; hac introductione digna ſcitu, ad determinandum ſuſcepta ſunt. Cuius elucidatio in huius frontiſpitio, eſt prefixa.

¶ Anima
Potentia
Obiectum
Operatio
Organum
Gradus viuendi
¶ Potentia
Vegetatrix
Sentiendi
Appetendi
Mouendi
Intelligendi
¶ Vegetatrix
¶ Alendi
Augendi
Minuendi
Generandi
¶ Sentiendi
Exterior
Interior
¶ Exterior
Audiendi
Videndi
Odorandi
Guſtandi
Tangendi
¶ Appetendi
Cupiendi
Iraſcendi

Nandi
Serpendi
Volandi
¶ Intelligendi
Simplex apphēdēdi
Componendi
Diuidendi
Raciotinandi
Contemplandi
Agens
Poſſibilis
¶ Obiectum
Alimentum
Senſibile
Appetibile
Locus
Intelligibile
¶ Senſibile
Per ſe
Per accidens
Commune
Rroprium
¶ Operatio
Vegetatio
Senſatio
Appetitio
Motio
Intellectio
¶ Vegetatio

Generatio
¶ Senſatio
Auditio
Viſio
Olfactio
Guſtatio
Tactio
Phantaſia
¶ Apetitio
Cupiditas
Ira
Voluntas
¶ Motio
Progreſſio
Natatio
Serptio
Volatus
¶ Intellectio
Siplex apphenſio
Compoſitio
Diuiſio
Ratiotinatio
Contemplatio
Conſultatio
¶ Organum
Totum corpus organicum eſt
¶ Gradus viuendi
Vegetans

| | | |
|---|---|---|
| Volendi | Alitio | Sentiens |
| ¶ Mouendi | Auctio | Se mouens |
| Progrediendi | Diminutio | Intelligens |

Colorũ & ſaporũ mutuam habẽtes reſpõdentiã diſpoſitiões.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Album | Nigrum | Dulcis | Amarum |
| Flauum | Liuidum | Pigue | Salſum |
| Puniceum | Purpureum | Acre | Auſterum |
| Viride | Ceruleum | Acutum | Acidum |

¶ Speties ſaporum vt ſpeties colorꝫ. quadam ſimilitudine & ꝓportione reſpõdent, Qui enim in ſaporibus ſunt dulce & amarum ſunt in coloribus album & nigrũ, Et pingnis ſapor vt dulcis eſt ſalſus vt amarus & flauus color vt albus eſt, liuidus vt. liuidus vt niger. Et reliquæ quadam ſalſitudine medij ſapores ſcilicet acre, auſterum, acutum, acidum. Colores vero puniceũ, purpureum, viride, ceruleum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Greſſilia | | homines, boues |
| Animalium | Aquatilia | | piſces, haleces, carpones |
| quædã ſunt | Inſecta | vt ſunt | veſpe, apes, muſce |
| | Totipennia | | paſſeres, turdelle, galerite |

☞ Impreſſum Cracouie per dominum Iohannem Haller Anno Domini Milleſimo quingentesimo vigeſimo ſecundo.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

a IX. 17a